



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Aliud Hispali, n. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

pitulum Palentinum (Palentia ciuitas est non procul Vallisoletu) certum Me. 1589.
 dimorum tritici numerum eleemosynæ nomine p[ro]f[essione] soluebat; At h[oc] quotannis peti debebat mislo ex Seminarij Alumnis qui in Capitulo peroraret. Rex quanc[io] amotâ Madrito Carpentanorum Curiâ Vallisoleti confedit, ordinem modum que Seminarij voluit ipse inspicere. Tum varletate idiomatum delectatus quâ cum iuuentus salutabat, pecuniam quæ erat in nominibus exoluit, & auxit quam pensitabat annuam: Deniq[ue] nobiles viri fæminæque cùm domum & exiguum quod structum fuerat sacrarium frequentarent, modò hunc adolescenti modò alium adoptabant quasi in filium, & alendum suscipiebant: Floruitque consequentibus annis & numero & opinione pietatis & Doctrinae: Præcipue postquam effigies Sanctissimæ Matri Dei ab Hæreticis in pyratica deformata, e[st] e[st] solemnis pompa deducta, atque in præcipuo Altari collocata sub nomine *Domina nostra Vulnerata*.

VI. Sed ante hæc tempora Bartholomæus Perez, postea Assistentis Hispanæ, tum Prouincialis Baeticæ, Personio coniunctissimus suam etiam obtulerat operam ad alimenta Iuuenibus Angli Hispali procuranda si pauci aliqui mitterentur. (Hispalis Emporium est non procul fretu Gaditano celeberrimum, Oceano connexum Baeti fluminis, quo merces secundissimæ deuechuntur) Personius in omnem boni operis opportunitatem intentus, & magnorum animorum vir, præmissis celeriter duobus ipse sequitur, quatuor alijs selectis comitatus, horum primi fuere Georgius Chamberlanus (quem deinde vidimus Irenensis in Flandria Episcopi insula decorum) & Joannes Vorthingtonus, Alanus Cardinali affinis. De via, breui oratione latine concepta, & quâ pollebant hi duo gratiâ eloctionis pronuntiata, cùm dixissent caulas exilij, studiorumque propositum, multam apud Episcopos & Abbates t[er]to itinere commiserationem laudemque collegerunt. Hispali à Patribus & Senatu beneuole accepti, pietate, ingeniorum cultura, atq[ue] instituto vita explicato, ipsa denique ueste ad modestiam, Collegioru more, composita, promeriti sunt ut n[on] domus, n[on] supellex, n[on] reliqua ad vitam communiter degendam necessaria desierint. Die Thomæ Cantuarieni Martiri sacro, sub Missæ Sacrosancto Sacrificio (quod solemniter Episcopus Hispalensis operabatur) Vorthingtonus petita benedictione, & consenserunt suggetto latine ad horam perorauit: Tum finita ceremonia genibus coram Altari fixis, singuli conceptis verbis atque elata voce eo iure-iurando se obstrinxere, quod diximus Romæ in initijs Collegij de vrbe fuisse ex Personij mente introductum: Cuius iuris iurandi sententiam, vim, utilitatem que cùm Chamberlanus confessim (Hispaniensi idiomate locutus ad populum) demonstrasset, maximo audiencent plausu, summa nouonum hospitum adgratulatione discessum est. Scholasticis deinde exercitationibus, & serijs ad propositiones sibi finem conatibus consecuti sunt, ut Ciuitas certo quodam sublidio (eleemosynæ nomine) domum illam hodieque foueat. Franciscus Peralta Reator pluritis attis cum laude præfuit, & non minori cum studentium voluntate; neque aliò libenter quam Hispali iuvenes commigrabant, tum ea de causa.